Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31635
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

chrum. Nec multo post eidem mulieri revelatum est: quod sa
cro non esset baptismate abluta. et eiusdem revelationis ve
ritate comperta. sancti baptismi gratiam suscepit.
In eodem pago quidam berthricus fuit. qui colonus quondam
erat presbiteri nostri ygonis quem sanctus liutgerus nutrierat. Hic
filiam habuit. adolescentulam paradysi doloribus affectam.
Qui cum famam signorum. que ad sancti viri tumulum fiebant.
comperissent. spe restituende sanitati puelle. beati con
fessoris virtute et meritis concepta. Itaque eam ad sacrum
eius sepulchrum perducere intendit. Cumque iam in via po
siti essent. et eandem puellam frater suus coram se in sagulo
equester ferret. repente dolore omni quo prius tenebatur dis
cedente sanata est. Quod cum fratri retulisset. deponi se ora
vit. Quo secundum suggestionem eius facto virtute christi et
meritis sui servi tam perfecte curata apparuit. ut non so
lum ambulare sed etiam currere posset. Itaque ad illum
usque locum membris omnibus debilis devecta est. ad me
moriam beati liutgeri sana et incolomis pervenit. Ad
erant sue salvationis testes pater et frater: aderant non nul
li alii quos sue vie comites et huius miraculi testes habuerunt.
Itaque oratione ac gratiarum actione completa. domum cum
gaudio reversi sunt.
Quidam in nostro monasterio diaconus hilderadus
vocatur: hic cum adhuc scolasticus esset. infir
mitatem incidit. In qua dum diu laboraret. id est nervis
contractis poplites est curvatus: ut tybia eius femori iungeretur.
Cumque post longiturne egritudinis fatigationem fugatis dolori
bus convalesceret. tybia eius curvata ut fuerat permansit. Unde
in ambulando sustentatione baculi per dies plurimos ute
batur. Proinde pater eius sigibertus qui in eodem iam tunc
monasterio monachus fuit. tractare cum fratribus cepit. si ali
qua medicorum curatione constricti poplitis nervi relaxari
quivissent. In qua estuatione cum aliquamdiu mansissent.
quadam nocte sanctus domini sacerdos liutgerus eidem hildera
do per visionem apparuit: ac veste sacerdotali et cidari quam
in capite gestabat coruscus. Vide inquit ne procure debi
litati carnalem umquam alicubi medicinam querere
presumas. Quod si feceris et meum mandatum contemnen
dum putaveris. non solum medicaminis ipsius nullam
curationem recipies. sed etiam prevaricatorum penam incur
res. Deinde parvuli levitate ac puerili nobilitate eum
vehementer increpans abcessit. Mane autem facto. que vi
derat fratribus qui aderant narravit. Et cum die eodem
peractis vespertinis laudibus domum infirmorum in qua
ei priori nocte vir sanctus apparuit intrasset. cernentibus
cunctis qui aderant non casu sed nutu divino extem
plo ad terram corruit. Cumque in ipso lapsu nervorum so

nitus audiretur: ac si illic sicca sarmenta frangeren
tur: eius tybia sine aliquo dolore erecta est. Et surgens
continuo. sanus. non solum sue salvationis recuperati
one sed et emendatiori et maturiori deinceps vita ut
admonitus fuerat vere se sanctum liutgerum apparuisse
Puella quedam nomine modsu probavit.
pit. lumen oculorum amittens. anno integro
tanta est cecitate depressa. ut nec extrema quidem
frui videre visione valeret. Cuius parentes cum audis
sent quanta dominus per servum suum liutgerum in infirma
rum curis fecisset; eam ad ecclesiam werdinnensem perdux
erunt. In qua cum accepta licencia una cum filia ante se
pulchrum eiusdem confessoris noctem in oratione totam
egissent. puella illuminata est. Siquidem mane fac
to cum lux paulatim per fenestras irradiare cepisset. pri
mum quidem se proprias posse manus videre. deinceps sen
sim lumine crescente clare se omnia cernere dixit.
et probavit: atque ita gratiarum actione persoluta domum
cum suis revisa est. et illuminationis dono quod acce
pit. tota etate permansit.
Eodem fere tempore alia quoque puella ad me
moratam ecclesiam perducta est: que a demonio
invasa. et sensum simul perdidit et loquelam. Que
ut limen ecclesie attigit. statim ab ea spiritus inmundus ab
cessit. Ita post eius discessionem lingue quoque officio reddito
multa locuta est. Et quia tempore vexationis vix aliquid
cibi perceperat. primo quidem famem se pati dixit. Deinde qualiter
illuc venerit percunctari cepit. Cui cum mater misera
bilem vexationem suam ex ordine retulisset. prostrata ante
sepulchrum sancti liutgeri. salvatori omnium christo gratias
egit. qui se per servi sui merita de tam crudeli peste
liberari dignatus est. Et accepta profectis suis penten
tia. domum incolomis remeavit.
Iuvenis quidam helidwin nomine paralisyn incur
rit. Qui cum multis diebus omnium membrorum officio
destitutus in lecto decubuisset. non solum brachium
dextrum morbo ingravescente incurvatum obriguit.
sed et sinistra tybia ei contracta femori adhesit. Cetera
ut diximus membra omnino immobilia ad doloris
potius augmentum quam ad aliquem usum non contrac
ta licet habebat. Unde et cum ingenti dolore ante
foras cum opus erat efferri solebat. Linguam solam
cetero corpore premortuo. utcumque adhuc movere vale
bat. Proinde cum diu in hac molestia laboraret. quadam
die sororem suam que pre ceteris eius dolori compatie
batur allocutus est dicens. Audivi de sancto liutgero
quantas per illum dominus infirmantibus sanitates prestare